



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Canonicorum Augustanorum literæ de ea re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

do impense, sed & Canonici ea de re cum Lainio Societatis Præposito egerunt his literis.

R. in Christo Pater & Domine
nobis obseruande.

*C*um anno elapso R. D. Ioānes Fabri sacra Theologia Doctor, & noster in Ecclesia Cathedrali concionator, qui per plures annos predicando, & scribendo munus suum nō segniter, sed summa cum laude apud nos exercuerat, non sine nostrorum, ac bonorum omnium mærore diem obisset suum, Nos verò tali egregio verbi Dei præcone destituti cerne-remus reliquias Catholica plebecula in hac celeberrima Germania Ciuitate, ceu oves pastore suo destitutas, ac palantes non in modico periculo oberrantium passim luporum versari: nihil magis necessarium duximus, quam ut primo quoque tempore alium, qui defuncti ipsius Fabri locum, & prouinciam pari laude, & successu sustineret, nancisceremur. Talium autem virorum apud nos hac præsertim tempestate, ubi pleraq; omnia Hæreticorū fermēto corrupta sunt, eo minor est numerus: quod si qui eruditione, & doctrina nō contemnenda præ-

Canonico-
Augustano-
rum litera de
eare.

diti reperiantur, illis tamen non statim publice de
 cendi provincia tuto demandari potest: cum expe
 rientia didicerimus quanto versemur hoc tempo
 in periculo à falsis fratribus. Quam igitur circum
 specte, & provide in re, tam ardua, ubi de religione
 Catholica, ac animarum salute agatur, nobis ager
 dum sit perpendentes, eam ob causam, ut securos
 omni parte nos esse liceret, & ut virum populo
 gustano inclyto exhiberemus, qui non tam doctri
 na orthodoxa eum salubriter pascere, quam etiam
 exemplo inculpata vita saginare posset: ea, qua
 tuimus contentione, & studio, & diligentia ap
 R. doctissimumq; virum D. Petrum Canisium
 cibis nostris institimus, ut ipse hoc munus ad
 laudem, & Ecclesie eius utilitatem subire velle
 tandemque effecimus, ut laborem, & conditionem
 non detrectaret, si id sibi per te Prepositum sui Or
 dinis superiorem liceret. Cum itaque Reuerende
 modis omnibus colende Domine Prepositae intelli
 gas, quam in hac inclyta, & celeberrima totius Ger
 manie Civitate messus sit copiose, & uberrima ma
 teria de religione Christiana bene merendi, & hoc
 precipuum vestri Ordinis studium sit, ut ubiq; ter
 rarum necessitatibus Ecclesiarum per vos occur
 ratur,